



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

Qui obligatur ratione vsuræ restituere & quid cum vsurario age[n]dum  
cap. 36.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

sunt vsu consumptibilia, maneat  
restitutioni obnoxia in cuiuscun-  
que tandem potestate inueniatur:  
quod ad alia tamen attinet, quan-  
diu non reddit se impotenter ad  
restituendum, potest ea distrahe-  
re, & quilibet ea sibi ab eo com-  
parare iusto titulo, nec si postea  
vsurarius non sit soluendo, teneret  
hic ea restituere, vxor tamen vsu-  
tarii & filii illius qui aliunde viue-  
re non possunt, possunt illius bo-  
nis etiam vsura partis sustentari:  
eademque est ratio de seruis res il-  
lorum augentibus, secus de aliis.

*Qui obligetur ratione vsuram  
stituere, ex quid cū usurario  
agendum. Cap. 36.*

**N**on solum hæredes usurarii  
pro rata parte bonorum  
illorum quæ ad illos de-  
uenit tenentur restituere, sed e-

iam notarii nisi quando contra-  
tus quos conficiunt essent aper-  
te usurati, quia tunc sunt aperte  
invalidi. Præterea usuratas ab usu-  
rariis repetentes, ut Principes, ad-  
vocati, procuratores, notariorum, te-  
stes, proxenetae, & factores, qui  
usuratos defendunt, aut pacta  
conficiunt, aut alio quoque mo-  
do cooperantur efficaciter ad dan-  
dum ad usuram, & exigendum.  
Nam vero si usurarius est notorius  
& publicus, non est absoluendus,  
nec est ei ministrandum Euchari-  
stiæ Sacramentum, donec resti-  
tuat, vel sufficientem cautio-  
nem det, quibus debet: quod si  
non possit saltem iuret se non  
posse, & cum primum poterit se  
restituturum, secus non debet ab-  
solui, ne quidem si dicat se in te-  
stamento reliquisse, ut soluantur  
usuræ, quia testamentum est inua-  
lidum, & quia talem in loco sacro  
sepeliret, incideret in excommuni-

T illj

cationem Episcopo reseruatam.  
Quod si vrget mors, debet confessarius licentiam petere reuelandi  
haec Episcopo, ut si postea viuat,  
vſuras soluere cogatur, inquit Tol-  
letus: sed si morbus repentinus  
his non det locum, modo vſurari-  
us det signa contritionis, poterit  
absolui & sepeliri in loco sacro.  
Si autem vſurarius sit occultus, &  
propositum habeat restituendi, e-  
rit absoluendus pro prima vice, in  
secunda expectanda prius restitu-  
tio vbi antea nō restituisset, quod  
si mors instet, et si melius faciet  
confessarius si prius curaret eum  
restituere, ad hoc tamen non te-  
netur: sicut neque ad petendam  
cautionem cum licentia manife-  
standi Episcopo: sed si probabile  
est ipsius hæredes restituturos, po-  
test, si habeat propositum resti-  
tuendi, illum absoluere.